

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

A. n. Ω.
LAUDATIONEM SCHÆFERIANÆ MUNIFICENTIAE,
DECLAMATIONES ITEM

ἐπιδεικνυσθείσης γένεσις

EX ANTIQUITATIBVS ROMANIS
ad remp. spectantibus,

atque

ADOLESCENTVM EXIMIORVM ET SPECTATÆ INDVSTRIÆ
SAMVELIS GENSIChEN, Muncheberga
Meso-March.

JO. CHRISTOPH. KÆPPEL, Grunberg. Sil.

&

JO. GOTTLIEB USE, Halbau. Lus.
qui de schola in academias. DEO duce, discedent,
SERMONES APOTACTICOS

A. D. VII. KAL. MAI. 1700 CCXXIX.

statim a re diuina ac precatione publica
in ludi litterarii acroterio inferiori

FAVENTE NVMINE
habendos indicit

&

FAVTORES REI SCHOLASTICÆ AC LITTERIS,
PETRONII LOCO

DE SPE AMBITIOSA PARENTVM AD VOTA
PROPERANTIVM

excusso,

ad audiendum

que fas est humanitate invitat

Jo. Gottfr. Zeiske,

rector ephel forani.

Saxonicae societati caritatis & scientiar. adscriptus.

Serauiz, flanno Rothiano.

Ak

* * *

Imatura plerorumque studia esse Petronius non miratur, cum parentes, præterquam quod nolint suos liberos severa lege proficere, spei ambitionis & inconsideratæ ad vota festinationis redargendisint. Primum, ait, *sicut omnia, spes suas ambitione donant.* Vrum autem hanc lectionem retineas, an cum Jano Grutero suspiceris, *distant scribendum esse, forte etiam cum aliis dotant, vorant, inflant,* ad sensum non multum intererit. Id vult Arbitr, parentes exspectatione ambitionis niti, multa sibi de filiorum indole & studiis promittere, quin spe atque opinione nescio quam prædam deuorare. Et quanquam ipsi satis imperant sibi, vt optima queque de natis suis spondeant & dibaphum cogitent, non desunt tamen alii, qui in aures eorum influunt. Amicus, opinor, accessit, imo Gnatho potius & reuera inimicus, qui vel ipse eruditum puluerem nunquam attigerat, vel obscurus iniquus magistro: quid tu, ait, filium in iste ergastulo derines? fatisne triuio datum est? ydesne adolescentem acrem & generoso equo fistillimum mordere carceres, & dum mappa mittitur, anxie æstuarē? Vero est simile, iam tum corruptis temporibus nūsile, qui adolescentes in forum producere gloriosum existarent: quemadmodum veteres illi grauesque Romani fecerat, vt iuuenes nobilissimi non nisi aliquo confulari, aut principe oratore producente, prodirent. At cum paucissimi ea, qua Plinius, esent auctoritate, & Cremutios tamen suos (v. Plin. l. 6. ep. 23.) sine se ipsis ostendere foro vellent, condūcendū quoquis modo erant ephebi, & patrum prōinde spes ante tempus inflanda. Puerorum doctores interdum hac in parte peccasse ex eo intelligas, quod ipse Petronius eos arguit cum infantinibus fure, dicere quæ adolescentuli probent, quodque cum adulatoribus & canarum captoribus comparat: quidni ea dixissent, quæ parentum nosset esse stomachi? De filiis ipfis non est, quod dubitemus, quin vel vanam mentis fiducia elati, vel studio libertatis, aut si mavis licentes inducti, vel sodalium laudacionibus Eroiticæ aliquicis blandienti infatuati, parentis sollicitare animum confuserint, vt sunt aliquando preces lacrymæque liberorum imperiosissimæ. Adde quod illis etiam temporibus matres fuere, quæ filii præcipue unicus, quibus plus indulgetur, nihil vñquam negarunt, quæ solicite iis semper lacrymas abstulerunt, & de pedagogo satisfecerunt: neque enim frustra monuit Senecca (de ira l. 2. c. 21.) qui etiam alio loco: *matres, ait, fueru in finu (liberos) continere in umbra volunt; nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare.* (de prouid. c. 2.) Quid si Pufistrati vxor filii nomine patri supplicet, si Fortunata Trimelionis Topanta vereatur, ne scholiarum carcere, vt Ferrarius loquitur, & magistri operam acerce exigente duritate indoles obtundatur, cum marito dies atque noctes inter lugitria & gemitus conqueratur, nondum adolescentulum eo misum est, vbi impune certe fine monitore, licet alveolum polcere, fortunas obliquir & congræcari. Hæc fabria spei patrum ambitionis: ipsa quoque per se inflata satis erat. confidebant diuitiis suis & qua valebant apud omnes gratia, certe precibus & fucosa fronte. Optime sperabant de filiorum ad sublimiora studia progressionibus, imbutos domesticæ disciplinae, legitime studuisse, refertos honestis studiis, in forum omnibus artibus armatos exire posse, credebant. (v. dial. de oratorib. c. 32, 34.) Sic in majori re vsu veniebat, quod de minori Horatius (l. 1. sat. 3.)

Strabonem

Appellat pætum pater & pullum, male parvus

Si cui filius est; ut abortitus fuit olim

Sisyphus; hunc varum distortis cruribus, illum

Balbutit scaurum, praus fultum male talis.

Ait quid exspectabant tandem boni parentes? Beneficio Augusti senatorum filios protinus virilem togam latumque clauum induturos & curiæ interfuturos, militiam

tiamque auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed & præfecturas alarum datum iri sciebant. (Suet. Aug. c. 38.) Sperabant, quod lex annalis in annum viceustum quintum relatura esset, repræsentaturos imperatores; imo ad Scipionem & Pompeium adspiraturam sobolem. Animo circumspiciebant sellam curulem, cui Julum suum imponerent; hastam & gladium, quibus armarent prætorem futurum; togam pictam & trabeam, qua summae expectationis puerum orarent. Certe fæcerdotia & pontificatus, apices & infulas, lituos & ancilia diuidebant, maxime si plures essent filii, ut in Metellorum familia; vt in omnibus rei sacrae & publicæ partibus stirpem suam summo loco viderent, cui omnes equo desilirent, caput adaperirent semita cederent; imo ipsi L. Fabii exemplo filio consuli patriam venerationem remittebant. (v. Val. M. 2. 2. 4.) Quod si inquietabat Petronianus aliquis parens. Sophronius, si Ariston, si Gryllus essem, eximia Socratis, Xenophonis & Platonis mei virtus me traduceret posteris. Quin si filius M. Agrrippam ornamentis æquaverit, animo æquo posteritati ignotus permanebo. si Augustum meum videro purpura illustrem, quantam Octauii exemplo, capiam volupatem, non agnoscens bonum meum, nec satis credens, quofies respiciam ad me, potuisse illum virum in domo mea nasci. (v. Senec. de benef. l. 2. c. 32.) Huic spei consequens erat, ut ad vota properarent parentes ventosissimi. Properabant filiorum amore & exemplo, immemores dicti Seneca (ep. 40.) nihil ordinatum esse, quod precipitetur & properet. Properabant, nec Aristorelem audiabant, τὴν οὐσίαν στενάδεσθαι τοφά τινεσ, canem festinantes cacos parere catulos; nec poëtam: Sed nimium properas, & adhuc tua mesis in herba ej. Properabant autem ad vota nuncupanda illa quidem & soluenda, sed multo tamen magis ad rem vota conceptam consequendam. Non dubium est, quin pater, si non pontifice maximo, tamen seruulo aliquo præante Jou iudos magnos donaque ad omnia puluaria promiserit, si ex sententia parentis vtriusque metam in studiis Tulliolus attigiset. Nisi forte ab incubanibus Apollini barbam filii primam, aut Bacco crinem vout, quod Romanis in more possum. Potuit Mineruæ, nisi custodem domi sue Ciceronis exemplo coluit, in templo Auentino anathernibus Liuii Andronici insigni, votum facere. potuit Menti (& opus sane in re ardua) columnis, parietibus & tholi tabulas suspendere. potuit Musarum genibus (miseratione enim dignum) ceram votorum religione sacratam affigere. potuit Murcia, Vacunæ & Fesoniaræ in femore quicquid vellet perscribere. Inde ad soluenda vota proximus properantibus aditus: & vt milites emeritis stipendiis clypeos; gladiatores rude donati arma; naufragi vestes depictas diis dedicabant: ita parentes videntur Virtuti ac Honori prætextas suorum; capillos ab Orbilio euullos Saluti pro feruatis ex umbratico puluere pueris, obulisse. certe denarium in ædem Juuentutis detulerunt, & congiarium plebi proposuerunt (Dionys. Hal. l. 4. Suet. Ner. c. 7.) Ipsi adolescentuli, nescio an bullas aureas Volupiæ; ad minimum pugillares, filium, membranas, quippe iam superuacaneas nec usum amplius habituras. Abeonæ, Lubentie & Libertati suffixerunt, sed fricillum, tesseras, peraurum, dyotas, cululos, reliqua sibi seruarunt. Illis autem, dum votis inhiant, color non defuit: mortalitas rationem esse habendam, dum vivere ac spirare detur, filio proficiendum, senectus ingraescens querenda foliata atque adminicula, querendum in tempore successorem patri subrogandum, dandum aliquid matri, dandum cognatis, vt propediem honoribus tam cari capitis & ipsi lætentur. Publica animaduersio haec vanitas digna, & recte illas patrum præmaturas spes, ac grata in speciem, sed reapse inimica gnatis vota, vel potius execrations, iudice Seneca (ep. 60.) inter quas pueri crescunt, causis pereuntium litterarum annumeravit Siganus ab eloquentissimo O. Ferrario inductus. (p. 95.) Illi quidem si sententiam dicturi essent, inscitæ & stoliditatis me condemnarent, quod antiquitatibus romanis in schola nostra locum relinquo, & ex iisdem in solemni panegyri argumentum declamationum in prælens pe-

to.

to. Quod quidem institutum non est, quod multis vel excusam, vel defendam, cum ipsum sua se utilitate, imo etiam necessitate, satis commendet, ac præterea maximos viros in omni scientiarum genere propugnatores habeat. Fortasse tamen idem mihi scribenti acciderit, quod Messallæ apud auctorem dialogi de orator. (c. 32.) qui postquam causam aliquam corrupta sua ætate eloquentia perlecutus est: *quod mihi, inquit, in consuetudine est, satis malos offendit.* Malunt enim homines vita sua vel in tempora, vel in alios quoscunque conferre, vel pro imperfectis virtutibus, quas Galli vocant, venditare. vel plane ex iis laudem petere, quam arguentes & vel levissimo brachio perstringentes ferre. Pergit Messalla: *quis si forte hoc audiret, certum habeo dictum, me dum iuris & philosophiae scientiam tanquam oratori necessariam laudo, inepitiis meis plausisse.* quæ in rem & argumentum præsens verti facile ita posunt: *me dum antiquitatum studium tanquam amatoribus liberalioris disciplinae & academiarum candidatis necessariam laudo, parentibus præcipue ambitione spe laetatis & ad vota pleno spiritu graciantibus visum iri nugas agere & in somniorum interpretamenta laudes congerere.* Sed hi erunt fere, qui expertes litterarum & omnis humanitatis, nihil expetendum, nihil pulchrum, nihil laudabile ducent, nisi quod ipsorum spes avidissimas expletat, ingenio & cupiditatibus suorum blandiatur, & dentientibus pueris purpuram induat. Accedemus igitur ad eas scientias Numinis præsidio, melioribus rationibus & virorum bonorum ac doctorum consensu freti, cum prius Vir Clariss. Dom. Jo. CHRISTOPHORUS MITTAG, Collega noſter per dilectus ad decorandum SCHÆFERIANVM LEGATVM in concionem adi cenderit & vernacula verba fecerit. Postea de laudibus studii antiquitatum rom. generatim latina oratione. Henr. Adolph a Sack, Eq. Zullichau. Sil. ordinetur; de forma rep. rom. Georg. Muller. Sommerfeld. Luf. germanice; de magnitudine imperii rom. Christian. Gotthold Große, Hoyerswerd. Luf. dicet. Senatus rom. Christian. Joh. S. Sor. vernacula; equisitem ordinem inscriptione, quam vocant, latina Erdmann Sigism. Heinr. Sor. populum rom. Sigism. Adolph a Briesen. Eq. Sil. germanice; comitia Gottfr. Grosmann. Sommerf. L. latine; aerarium Gottfr. Benedic. Lehmann. Trepl. Crohn. germanice; leges Iunian. Frid. Candler. Greiffendorf. Misn. græce laudabunt. Tum vernacula Jo. Carol. Kitzing. Logau. Crohn. dicere insitutum de edibus, quibus inter alia annona cura erat: vnde simul GENEROSISS. DOM. BALTHASAREM AB HEINZENAV, toparcham dum viueret Petersdorffensi, multis alumni annonam liberaliter praeflendo de schola noſtra optime meritum laudibus illustrabit. Quas horum Jo. Gottlieb Sam. Blochmann. Freyst. Sil. latine; consilium Adam Sigism. a Stosch, Eq. Sil. germanice; tribunorum Lud. Balh. Lucius. Freyst. Sil. latine; pretorum Car. Dav. Magnus. Sommerf. L. germanice; ministeriorum magistratum Jo. Frid. Boehm. Beuthen. Sil. latine; praeficii. viris Frid. Schænebeck. Wulterhause March. germanice; dictatorum Car. Gottlob Wieck. Elystrow. Misn. latine praœconium facient. Hinc censoribus latino sermone celebratim Sam. Gensichen. Muncheberg. March. quinquennio apud nos integre & laudabiliter exæsto, oratione germ. non ineleganti; nec minus regibus rom. latine collaudatis Jo. Christoph. Käppel. Grunberg. Sil. homo tranquillis moribus & diligens; & denique Jo. Gottlieb Ute. Reuerend. Halbauientium pastoris filius patre dignus præmisisti profa paucis de magistratibus provincialib. carmine lat. breui schole valedicent. Hos trochairo latino de candidatis profequet Wolf. Ehrenreich a Sack, Eq. Sil. & ad tibiarum neruorumque cantus acroama addet Christian. Bormann. Lignic. Supereft; vt discessurus hinc disciplina nostra alumnis bene prececum, vt DEVS incepit eventus pares reddat; fautores autem rei literariae maximopere rogemus, vt tempetive adesse, & circumcisus declamationibus (nam patientia auditorum non abutemur) humaniter interesse velint.

R. P. Sorauig a. d. viii. kal. mai. c. lxxxix.

18 (o) 50

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio



A. n. Ω.

LAVDATIONEM SCHÆFERIANÆ MUNIFICENTIÆ,
DECLAMATIONES ITEM

ἐπιδεικτικῆς γένεσις

EX ANTIQVITATIBVS ROMANIS

ad remp. spectantibus,

atque

ADOLESCENTVM EXIMIORVM ET SPECTATÆ INDVSTRIÆ
SAMVELIS GENSICHEN, Muncheberga
Meso-March.

JO. CHRISTOPH. KÆPPEL, Grunberg. Sil.
&

LIEB USE, Halbau. Lus.

academias, DEO duce, discedent,
NES APOTACTICOS

. KAL. MAI. d^o 10CCXXIX.

nina ac precatione publica
terarii acroaterio inferiori
ENTE NVMINE
habendos indicit

&
SCHOLASTICÆ AC LITTERIS,
ETRONII LOCO
OSA PARENTVM AD VOTA
OPERANTIVM

excuso,

ad audiendum

as est humanitate invitat

Gottfr. Zeiske,

rector ephebei forani,
etati caritatis & scientiar. adscriptus.

raviz, stanno Rothiano.

